

De natura purpuræ & muricis. CAP. XXXVI.

Purpuræ viuunt annis plurimum septenis. Latēt sicut murices circa canis ortum tricenis diebus. Congregantur ueruo tpe, mutuoq; attritu lento rem cuiusdam ceræ saluāt. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingēdis expetitū uestibus, in medijs habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida uena, unde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore subluces. Reliquum corpus sterile. Viuas capere contendunt, quia cum uita succum eum euomūt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha auferunt: minores trapetis frangūt, ita demum rorem eū excipientes Tyrj. Præcipuus hic Asiæ, in Meninge Africa, & Getulo littore oceani, in Laconica Europa. Huic fasces securesq; Romana uia faciunt, idemq; pro maiestate pueritiæ est. Distinguit ab equite curiam, dijs aduocatur placandis, omnemq; uestem illuminat, in triumphali miscetur auro: quapropter excusata & purpuræ sit insania. Sed unde conchylys pretia, quis uirus graue in succo, color austerus in glauco, & irascenti similis mari? Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforado reliqua conchyliata: tanta durezza aculeo est. Aqua dulci necantur, & sicuti flumen immergitur: alioqui captæ, diebus quinquagenis viuunt salua sua. Conchæ omnes celerrime crescunt, præcipue purpuræ: anno magnitudinem implent. Quod si hæcenus transcurrat expositio, fraudatam profecto se luxuria credat, nosq; indiligentiæ damnet. Quamobrem persequemur etiam officinas: ut tanquam in uita frugū noscitur ratio, sic omnes qui istis gaudēt, præmia uitæ suæ calleāt. Concharū ad purpuras & conchyliata eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera: Buccinū minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: unde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterū purpura uocatur, cuniculatim procurrēte rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua pferatur lingua. Præterea clauatū ē ad turbinē usq; aculeis in orbem septenis fere, qui non sunt buccino, sed utrisq; orbes totidem quot habeant annos. Buccinum non nisi petris adheret, circaq; scopulos legitur.

Quot sint genera.

CAP. XXXVII.

Purpuræ nomine alio pelagiæ uocantur. Earū genera plura, pabulo & solo discreta. Iutense putrilimo, & algense enutritū alga uilissimū: utrisq; melius Teniense in Tenei maris ora collectū, hoc quoq; tamē etiam uilius atq; dilutius; calculose appellantur à calculo maris, mire apto cōchylis: et longe optimum purpuris Dialutense, id est uario soli genere pastum. Capiuntur autē purpuræ paruulis rarisq; textu ueluti nassis in alto iactis. Inest ijs esca, clusiles mordacesq; conchæ, ceu mitulos uidemus. has semineces, sed redditæ mari auido hiatu reuiuiscētes, appetūt purpuræ porrectisq; linguis infestant. at illæ aculeo extimulata, claudunt sese, comprimuntq; mordentia: ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur.

Quo capiantur tempore. CAP. XXXVIII.

Capi eas post canis ortum, aut ante uerū tempus utilissimum: quoniā cum fætificauere, fluxos habent succos. Sed id tingentium officina ignorant, cū summa uertatur in eo. Eximitur postea uena quā diximus, cui addi salē necessariū, sextarios ferme in libras centenae. macerari triduo, iustū. Quippe maior uis tanto, quāto recētior. Feruere in plūbo, singulisq; aquæ amphoris cētenas atq; quinquagenas medicaminis libras æuari, ac modico uapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. Ita despumatis subinde carnibus quas hæsisse uenis necesse est, decimo ferme die liquata cortina, uellus elutriatum mergitur in experimentum: & donec spei satis fiat, uiritur liquor. Rubens color nigrante deterior. Quibus lana potat horis, rursusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Buccinum per se damnatur, quoniā fucum remittit. pelagio admodum alligatur, uimiq; eius nigritiæ dat austeritatem illā nitoremq; qui quæritur cocci. Ita permixtis uiribus alterum altero excitatur aut astringitur. Summa medicaminū in libras uellerum, buccinū cc. pelagij cxi. Ita fit amethysti color eximius ille. At tyrius pelagio primum satiatur immatura uiridiq; cortina: mox permutatur in buccino. Laus ei summa, color sanguinis concretæ, nigricans aspectus, idemq; suspectu refulgens. Unde & Homero purpureus dicitur sanguis.

Romæ quādo usus purpuræ. CAP. XXXIX.

Purpuræ usum Romæ semper fuisse uideo, sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium ē regibus primū usum Hetruscis deuictis satis cōstat. Nepos Cornelius qui diui Augusti principatu obiit, Me, inquit, iuuenē uolucea purpura uigebat, cuius libra denarijs centū ueniebat, nec multo post rubra Tarētina. Huic successit dibapha tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Hac P. Lætulus Spinter ædilis curulis primus in prætexta usus improbabatur: qua purpura quis nō iā, inquit, triclinaria facit? Spinter ædilis fuit urbis cōditæ anno septingentesimo, Cicerone consule. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tinctæ esset, ueluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene cōmodiores purpuræ tinguntur. In cōchylata ueste cætera eadem sine buccino: præterq; ius temperatur aqua pro inuiso humani potus excremento, dimidia et medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tātōq; dilucidior, quāto magis uellera esuriūt.

De pretio earum.

CAP. XL.

Pretia medicamento sunt quidem pro fertilitate littorum uiliora: nō tamen usquā pelagij libras quinquagenos nummos excedere & buccini cēte nos sciāt, qui ista mercantur immenso. Sed alia sunt ē sine initia: iuuatq; ludere impedio, & lusus geminare miscendo iterū, & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere, argētum auro confundere ut electra fiant, addere bis æra, ut Corinthia.

De tingen

* dilutior